



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 2. Quæ sit significatio variorum terminorum, qui in hac materia de censuris sæpe recurrent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

ipso facto vel sine alia sententia. 3. Si verba sint imperativi modi, v. g. incidat in excommunicationem, maneat interdictus &c. Ratio, quia haec omnia nullius actionem interponunt.

II. Sententiae ferenda est saltem ut plurimum, i. si verba sint futuri temporis, v. g. excommunicabitur, suspendetur. 2. Si dicatur, excommunicetur, suspendatur, volumus excommunicari. 3. Si verba sint minatoria, v. g. sub pena excommunicationis, sub intermissione anathematis &c. nisi tamen ex adjunctis aliud colligatur.

## A D D E N D A.

**Q**uest. 2. Quae sit significatio variorum terminorum, qui in hac materia de censuris saepe recurrent. Re. §. 1. Censura secundum Bonacinanam hinc initio, dicitur, vel à censeo, fero sententiam : vel à censio, punio, castigo : vel à censor, cuius officium est moribus præesse & delicta corriger.

§. 2. Censura Juris vel Canonis, sive per modum statuti dicitur illa, quæ imponitur per aliquam legem permanenter duraturam etiam post mortem illius, qui imponit : è contrà illa dicitur censura hominis seu lata per modum sententiae aut præcepti, quæ fertur cum intentione de non inducenda lege perpetua, sed tantum transeunter, & pro hoc casu, uti pluribus explicat Dicast. d. 1. dub. 9.

§. 3. Censura per sententiam potest ferri, vel per sententiam generalem, uti habet Busenb. si nempe indeterminatè proferatur in aliquem, qui hoc fecit vel faciet : vel per sententiam specialem & particularem, si feratur contra determina-

or.  
dij  
dix  
VIII.

minatam in individuo personam propter hoc  
individuum delictum.

9. §. 4. Quid sit censura latæ & ferendæ sententiæ, recte explicat Busenb. Hæc adde, imprimitur, si sit ferendæ sententiæ, tum dici comminatur. Deinde, si dicatur ipso facto excommunicetur, seu excommunicabitur, est sententiæ latæ, id habent Toletus Dicast. d. 1. n. 99. Idem est, si cum verbis præteriti addantur hæc particula: *propterea ex nunc, ex tunc* fit excommunicatus: sed cum verbis aliis, est ferendæ, uti mox excommunicetur, *Suar. Dicast. n. 101.* Si autem sic dicatur qui hoc fecerit, est excommunicatus, plerique dicunt esse latæ sententiæ, si tamen dicatur: *vel erit excommunicatus, Sanch. & Dicast. n. 102.* & 110. dicunt esse ferendæ: si autem dicatur anathema sit, *Suar. dicit esse latæ sententia, Sanc. & Dicast. suprà* dicunt esse latæ, quando est contra hæresim, quia hæresis subjacet latæ sententiæ ferendæ autem est, si contra alia delicta dicantur. Addunt, quod quando verba non significant actionem ipsam, v. g. excommunicandi extundant per ministerium alterius, tum significant sententiam latam, uti si dicatur: *subjacebit, subjacebit, incidet, incurrit, incurret censura* & ita docent *Silv. Ang. Armilla, Suar. Vasq. Ardu. Dicast. n. 103.* Videri potest etiam *Pignat. tom. 10. con. 1. n. 13. & Krim. l. 5. à n. 1614. & quidam l. 1. n. 609. & 612.*
10. §. 5. Ante censuram ferendæ sententia patire solet monitio canonica, de qua agitur in *Constitutionem De sent. excomm. in 6.* per quam intelligitur citatio cum tribus monitionibus vel una peremptoria continentem tres: Si non reatur, est contumacia, sic dicta vel à contumaciam.

quia qui non obedit, est & manet tumidus seu superbus, vel à contemendo, quia mandatum Superioris non curat. Estque triplex contumacia, tendens seu manifesta, quando reus citatus in faciem citanti dicit, se nolle comparere. Presumpta seu dubia, quando post factam vel publicè affixam citationem non comparet. Vera, si in faciem citatus taceat, & tamen postea non compareat. Plures species contumaciarum enumerat Kramer à n. 1712. ubi pluribus exponit, quid ad tam requiratur, ut censeatur canonica.

§. 6. Ille dicitur nominativus censuratus, qui denunciatur esse ligatus censurā, vel expresso proprio nomine & cognomine, vel in talibus circumstantiis, ut sufficienter designetur illius persona, uti habet Busenb.

§. 7. Quid dicatur occultum, publicum, deductum ad forum contentiosum dixi l. 6. p. 3. àn. 870. & præter citatos tum ibi, tum locis ibi relatis docent Escob. & Dicast. d. 3. n. 101. aliisque apud Castrop. d. 6. pu. 7. n. 11. ut quid censeatur deductum ad forum contentiosum requiri, ut accusatus aliquo modo comparuerit, negando vel confitendo, prius enim non est contentio, ergo neque censetur res ad forum contentiosum deducta.

§. 8. Absolutio per hoc differt à dispensatione, quod absolutio fit sententia remittens delictum vel peccatum; dispensatio autem fit exceptio ab obligatione alicujus legis, quā v. g. prohibetur accipere Ordines, qui aliquem occidit.

§. 9. Secundum dicta l. 6. p. 3. n. 952. absolvi in foro interno tantum, seu pro foro conscientia, non semper significat absolvi in Sacramento Pœnitentiae, sed est ita absolvi, ut pro foro

OR.  
LIT.  
DIX.  
VLL.

externo maneat jus cognoscendi de illo delicto  
illudque puniendo, ita ut absolutio prior nihil  
juvet in foro externo.

15.

§. 10. Pœna purè vindicativa dicitur, quæ  
imponitur propter delictum præteritum, non  
habendo respectum ad aliquid in futurum, ut  
ut imponatur, quamvis nec sit periculum re-  
psis, nec spes emendationis, & talis est pœna  
spectu damnatorum. Pœna medicinalis est, qui  
simil & præcipue infligitur, vel ob emenda-  
nem, vel ad cavendas imposterum culpas &  
lapsus.

16.

§. 11. *Anathema* penultimâ productâ, signi-  
ficiat idem, quod aliquid oblatum vel appre-  
sum velut monumentum ad memoriam: è con-  
trà *anathema* penultimâ correptâ significat se-  
parationem, & differt accidentaliter tantum ab  
communicatione, per hoc, quod *anathema* fi-  
cum quibusdam ceremoniis ad majorem tem-  
tem, sic enim in Jure præscribitur, ut Episcopos  
solenniter excommunicaturus per anathema  
indutus sit amictu, stolâ & pluviali violaceo,  
12. Presbyteri Episcopum circumstent tenero  
manibus lucernas ardentes, & post latam an-  
thematis sententiam humi projiciant lucernas  
& pedibus conculcent, ejiciantque extra ecclesias  
&c. Can. Debet, 56. Causâ 11. q. 3. &c.  
ibi. Reliqui termini commodiùs per decursu  
explicabuntur.

17. I

## D U B I U M III.

*Qui possint ferre censuram & in quos.*  
»R Esp. I. Censuram ferre potest omnis ar-  
bitrus Superior ecclesiasticus, habens in foro  
»externo seu contentioso jurisdictionem, in  
»ordinariam five delegatam.